



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

CXXV. Clerici Regul. Pauperum Matris Dei exempti sunt ab Ordinariorum  
jurisdictione, & fruuntur Mendicantium privilegiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)



vouerunt non obſtare: cæteriſque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorẽ sub Annulo Piſcatoris die XX. Februarii MDCLXXXIV. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CXXV.

Confirmatur Decretum Congreg. Epiſc., & Reg. quo declaratur Clericos Regulares Pauperum Matris Dei eſſe exemptos a iuriſdictione Ordinariorum, & gaudere omnibus privilegiis Mendicantium.

*Literæ Greg. XV. hic laudatæ editæ fuere 1621. Novemb. 18. P. 1., & 1622., Octob. 15., P. 2. aliæ vero Clem. IX. datæ ſunt 1669., Octob. 23. de exemptione ab Ordinariis vid. Clem. X. Conſt. ed. 1670., Octob. 18., P. 1., & de aliis privilegiis huius Pontific. Conſtitut. ed. 1686., Septem. 3., P. 10.*

Dat. 13. Martii 1684. An. 8.

INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Species facti.

Nuper pro parte dilecti filii Præpoſiti Generalis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod licet dudum, videlicet die 18. Novembris 1621. ſel. rec. Gregorius Papa XV. Prædeceſſor Noſter dictam Congregationem Clericorum in Religionem cum emiſſione trium Votorum ſolemni erexerit, illique ſubinde nempe die 15. Octobris 1622. communicationem omnium privilegiorum Ordinibus Mendicantibus conceſſorum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed etiam pariformiter, & æque principaliter cum ampliffimis clauſulis conceſſerit, prout in binis Literis ipſius Gregorii prædeceſſoris deſuper expeditis plenius dicitur contineri, & poſt aliquos ſtatu mutationis, quas eadem Congregatio Clericorum ſucceſſive paſſa fuerat rec. mem. Clemens Papa IX. etiam prædeceſſor noſter ipſam Congregationem ad ſtatum Regularem, & Titulum Religionis cum emiſſione trium Votorum ſolemni, & ad fruitionem omnium, & ſingulorum Privilegiorum, Immunitatum, Facultatum, Exemptionum, aliarumque Gratiarum, & Indultorum Ordinibus Mendicantibus huiusmodi quomodolibet conceſſorum in omnibus, & per omnia ad limites ſupradictarum binarum Gregorii prædeceſſoris Literarum, & juxta illarum ſeriem, diſpoſitionem, & tenorem auctoritate Apoſtolica reſtituerit, & reintegraverit. Nihilominus a nonnullis ſpergebatur opinio, quod non ideo dicta Congregatio, ejuſque Clerici Regulares ab Ordinariorum Juriſdictione exempti eſſent, ſub prætextu, quod huiusmodi exemptionis conceſſo in dictis privilegiis individualiter expreſſa non eſſet: & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ex huiusmodi opinione multa naſcebantur incommoda, ideoque cum notorium ſit, omnibus Regularibus, quibus privilegia Ordinum Mendicantium communicata ſunt, exemptionem ab Ordinariorum Juriſdictione huiusmodi competere, ipſe Præpoſitus Generalis de opportuna in præmiſſis declaratione provideri plurimum cupiebat; emanavit ad ejuſ ſupplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet— Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit, ac declaravit Religionem Clericorum Regularium Pauperum

Decretum S. Congregationis Epiſc. & Regul.

Dubium.

Matris Dei Scholarum Piarum gaudere exemptione a Juriſdictione Ordinariorum locorum, ac omnibus Privilegiis Regularibus Mendicantibus conceſſis. Romæ 14. Januarii 1684. — G. Cardinalis Carpineus Loco \* Sigilli — B. Panciatius Secretarius.

§. 1. Cum autem, ſicut præſatus Præpoſitus Generalis Nobis ſubinde expoſiſſet, ipſe Decretum huiusmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolice confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſius Præpoſiti Generalis votis, hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Ecclēſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejuſ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolice firmitatis robur adjuccimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Card.

§. 2. Decernentes eandem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaciſſimas exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcianter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ſonæ in Ecclēſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem proſus fides, ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſc. die XIII. Martii MDCLXXXIV., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Confirmantur Conventiones initæ inter Fratres Minores de Obſervantia, & Conventuales Ordinis Sancti Franciſci circa primum in Proceſſionibus, aliſque functionibus.

INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Miniſter Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum quod cum in Civitate Averſan. ejuſ Patria Fratres Minores Ordinum ejuſdem Sancti Franciſci tam de Obſervantia, quam Conventuales nuncupati in publicis proceſſionibus inſimul, uno quidem Fratre de Obſervantia ad dextram, altero vero Conventuali ad ſiniſtram, & ita deinceps, præcedentibus eorum reſpective Crucibus, Fratrum de Obſervantia ſimiliter ad dextram, Fratrum autem Conventualium ad ſiniſtram, incedere ſolerent, iſque incedendi modus nonnullis incommodis, ſive inordinationibus cauſam præbuiſſet, ipſe Miniſter Generalis di-

Preces Præpoſiti Generalis.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſula.

CXXVI.

Dat. 15. Apr. 1684. An. 8.

Species facti.